



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Monachus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Polemum, qui mollis & effeminatus inter mulieres vivebat. *Plu- tarch.*

Anonymus. Recitanti quod scripsit Pindarus, Græciæ fulcimen- tum esse Athenas, Lacon dixit: ruituram Græciam: si tali futura niteretur. Taxavit Athenensium mollitiem, quæ poetæ elogio non responderet: aut certe poetæ vanitatem, qui tali præconio celebra- set indignos. *Plut. in Lucan.*

Demonax. Proconsul Cynicum quendam, è quo publicè erat proficissus ob mollitiem, ad supplicium abripi iussit. Huic depreca- tor erat Demonax, dicens, homini ignoscendum esse ob sectæ vi- tium. At cum proconsul non deneget veniam, rogaret tamèn quo afficiendus sit supplicio, si in eodem peccato porro deprehenderet- tur? Demonax, hominem totum iniungi, ac forcipe velli oportere, pronuntiabat. Notans libertatem castigandi in Cynico, & molliti- em accusat, vnguentis enim semper delectabatur. *Erasm. libr. 8. apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

Nazianz. Qui corpora amant quoniam fluxa sunt, instar venis disfluunt floribus: quin nec flamma permanet, quum materia est consumpta, sed cum illa accenduntur evanescunt: Ita nec desiderium subsistit, quum marec feruor: modesti verò, & qui secundum De- um viuunt, post quum rei sunt firmioris, ideo etiam stabiliore exis- tunt: ac quantum pulchritudo plus ab eis imaginatione depre- henditur, tanto illos magis sibi ipsi, & amatores eorum inuicem col- ligat. *De laudibus Basilij.*

Maximi monachi. Quomòdum vermiculi facilius in molli ligno nascuntur quam robustiore: Sic dolores homines molliores fa- cilius inuadunt quam robustiores. *Serap. 28.*

Thiersi. Parum liberale est, quòd quis emasculet corpus aut fa- ciem: Magis infame est, quòd vir in gratiam fœminarum effemine- ret animum, & ad citharam discat molliter componere gressum. *in apoph. 116.*

Monachus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

Monachus, Græca dicitur *μοναχός*, & solitariiim significat, diciturque à *μόνος*, id est, solus: & est is qui viuunt sepa- ratim ab hominum conuersatione. Vide Lexicon trilingue Lugdun. pag. 491. & 492.

¶ SENTENTIÆ BIBLIÆ.

Cum uoueris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, repu- tabitur tibi in peccatum. *Deut. 23. & Eccl. 5.*

Semita iustorum declinat mala, custos autem animæ suæ seruat animam suam. *Prov. 16.*

Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. *1. Cor. 9. 2. Tim. 2.*

Et illi quidem corruptibilem coronam accipiant, nos autem in- corruptam. *ibid.*

Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei pla- ceat, cui se probauit. *idem.*

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Nimis dolendum est, si ad tam ruinofam superbiam monachos subigimus, & tam graui contumelia clericos dignos putamus: ut scilicet dicatur, quod malus monachus bonus clericus est: cum ali- quando bonus etiam monachus vix bonum clericum faciat. *Aug. ad Aurelianum.*

O Monache! qui istas corpore, stat anima tua, & non psallis Deo, maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Si psalterium es, si cithara es, quare surdus es, & non glorificas Deum? *Hieron. super Psal.*

Si cupis esse quod diceris, monachus, id est, solus, quid facis in vrbibus, quæ vtiq; non sunt solorum habitacula, sed multorum. *ibidem.*

Monachus qui non laborat pro fructuatore & fure est habendus. *Anonym. apud Soc. Eccles. hist. lib. 4. c. 18.*

Quid tibi ea videre necesse est, quorum contemptu monachus esse coepisti? quem senseris tibi, aut semper, aut crebro de minimis loquentem, excepta elemosyna, quæ differenter omnibus patet: infitorem potius habeto, quam monachum. Prima virtus mona- chi est, continere hominum iudicia, & semper Apostoli recordari dicentis: Si hominibus placeam, Christi seruus non essem. *S. Hier. in epist. ad Pammach.*

Tu si Monachus esse vis, non videri, habeto curam, non rei fami- liaris, cui tenesciendo hoc esse coepisti, sed anime tuæ. Monachum non loquendo & discurrendo, sed tacendo & sedendo quisq; nouerit, monachus non doctoris, sed plangentis habet officium: qui vel se mundum lugeat, & Domini pauidus præstoletur aduentum. Flos quidem & pretiosus lapis inter Ecclesiastica ornamenta, monacho- rum & virginum chorus est. *T. Hieronym. ad Rusticum.*

Diebus patrum nostrorum tres istæ virtutes in amore & in pud monachos erant, Nuditas rerum omnium, Mansuetudo in continentia: nunc autem Auaritia, Gula & Intemperantia. *Hieron. in epist. ad Rusticum.*

Quid facit monachus in cellis fœminarum? quid sibi in impatiencia non habet. *S. Hier. ad Heliodorum.*

Patres nostri continentiam, & paupertatem ac modestiam omnium vtiq; ad mortem seruauerunt: Nos autem Venustates & Crumenas nostras dilatauimus. *Abbas apud Hieron. in epist. ad Rusticum.*

Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut in opere labore infulscent, non tam propter victus necessitatem, propter animæ salutem, ne vagetur pernitiosus cogitatio. *Hier. in epist. ad Rusticum.*

Magna abusus & maxima cura est vt corpus regulatissimo: & contra regulam suis vestibus anima nuda delectetur: tur- to studio tunica & cuculla corpori procurantur: quantum ad vestitum, monachus non putetur: cur similiter pietas & ha- bitus, quæ profecto spiritalia indumenta sunt, non procurantur. *in apolog.*

Habitus noster, quod & dolens dico, qui humilitatis solè signè, à monachis nostri temporis gestatur superbe. Vt in vestris prouinciis inuenimus, quòd vestiri digemur. Miles & chus ex eodem panno patiuntur sibi cucullam & cilicium. *ibid.*

Labor & latebræ & voluntaria paupertas, hæc sunt Monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam, nobilitatem oculi omne sublime vident, nostri pedes omne forum circum, nostræ linguæ in omnibus audiuntur consiliis, nostræ omne diripiunt patrimonium. *Idem in quadam epist.*

Super fratrum transgressiones, non super patrum transgressiones, qui abbas eligitur, mandatorum cultor, & victor. *Ber. de præceptis & dispensati.*

Monachus singularis est, qui ad bona propria est sitiens, bona communia piger, qui in lecto vigilat, & choro dormitat. *idem Bern.*

Leguminas inquis, ventosa sunt, caecus stomachum graui capiti nocet: porum aquæ non sustinet pectus: caules nutrum lancholiam: cholera porri accendunt: pisces de stagno in tola aqua mæc penitus complexioni non congruunt: quales vt in omnibus fluuiis, agris, hortis, cellulis reperit vix possit comedas? Puta te quæsi monachum esse, non medicum in complexionem iudicandum, sed de professione. Parce obsecramus quieti tuæ, parce deinde labori ministrantium; parce mini domus, parce conscientie, conscientie non dico tuæ, tuus scilicet, qui prope te sedens & edens de tua singulari murat, & de tua superstitione scandalizatur. *Idem super Canon. 30.*

Qui monachus profiteris, qui crucifixus es, qui dabo ridet. Dic mihi vbi Christus hoc fecit? Audi tu hoc a iacobis quæram, sed contristatum sepius legisti. *Chryssostom. super epistolam Hebr.*

Summa monachi virtus, humilitas: summum vitium superbia est. *Isidor. de sum. bon. lib. 1.*

Tunc autem se monachum quisque iudicat, quando se in muni æstimaucit, etiam cum maiora virtutum opera gesserit. *idem.*

Multis monachorum amore parentum non solum terrore, sed etiam forensibus iurgis inuoluti sunt, & pro laborum porali salute, suas animas non perdidit. *ibidem.*

Ita inquit Macarius debere monachum ieiunium operem centum annis in corpore commemoratum: ita motus animæ nare, & iniuriam ab illiusci, iustitiasque respicere, dolores quoque detrimenta contemere, tanquam quotidie moriturum. *ibid. lib. 5.*

Hæc apud Aegyptum est ab antiquis patribus facta tem- perantem monachum dæmone vno pulsari: otiosum vtiq; meris spiritibus deualari. *ibid.*

Monachi sibi claustra faciunt, quibus homo exterior non possit, sed vitium claustra faceret, quibus homo interior non teneretur. *Hug. de claustra. lib. 1.*

In choro sum corpore, alique negotio mente, nunc in tantum nunc foris exeo aliud canto, aliud cogito: psalmodiæ verba præ- & psalmodiæ sensum non attendo: sed mente vagus, habito- latus, oculis antonius, huc & illic prospiciens, quecumque ar- runtur, perlustrò & perspicio: habitum monachi, non ceconomem habens in magna corona & ampla: cuculla salua multum exultimo. *lib. de animâ.*

Ordo claustris & ordo curiæ diuisus est. Ibi sedes in insula diuitibus in occultis, vt interfacias innocenter: hic audis, in di cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non inueni- Ibi insidiaris, vt rapias pauperem: dum attrahis eum, hic Odiu ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebis: dextera tua repleta est inmeritis, hic laas inter rancorentus. Ibi laudatur peccator in desideris animæ suæ, & iniquis

PC

POLY

